

Conciones, Siue Conceptvs Theologici Ac Praedicabiles, In Omnes Totivs Anni Dominicas

Opvs Novvm Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue]
Scriptoribus pleniſimum, cum occurrentium fidei controuersiarum
tractatione.

De Sanctorum Festiuitatibus Annitotius - Nvnc Demvm Integre Svppleti,
Concionibus per octauam Vener. Sacramenti suo ordine intersertis

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, 1620

In Festo S. Stephani Protomartyris. Video cœlos apertos, & Iesum, &c. Act
7. 1. De præstantia Martyrij. 2. De supplicio lapidationis, & Martyrum
fortitudine. 3. De inuicto Protomartyrio S. Stephani. ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56205](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-56205)

Aequum est, o desideratissime & exoptatissime Messia, o unica spes ac desiderium nostrum, aeternum ut cantemus, cum ipse sis, qui toto mundo salutem attulisti, cum ipse sis, qui humilitatis nostra arcem ingressus, ab aeternis nos damnationis naufragio eripisti; cum tu sis, qui cum ante & post diluvium, id est, peccatum vixeris, ecclesiae tuae vineam plantasti, eiusq[ue] vinea, id est, amore inebriatus, mortis somno in crucis arbore, & hodie patientia sopore in stabulo oppresus iacuisti, ac nuditatem tuam, paupertatem, omniumque rerum contemptum ostendisti, atq[ue] ideo a scelerati Cham progeñie, id est, infidelibus, perfidis Christianis, atque adeo vniuerso mundo delusus fuisti. O Christe, olim Verbum increatum, & mundo Verbum incarnatum; Verbum quod sit caro, vt nos Spiritus efficiat & Angelos; Verbum quod humanitatem induit, nobis vt diminutatem conferret; quod se humiliat, quo nos exaltet, quod sit homo, quo nos efficiat Deus, quod celo descendit, quo nos eodem ascendamus, quod in stabulo iacet, nos vt celo inserat; quod in praesepio reclinatum est, nos vt in regio throno collocet; quod inter animalia conspicitur, quo Angelorum consortio gaudemus. O Messia, Christe, ac Domine vere admirabilis, ac digne, qui in perpetuum celebreris, gratiam obsecro nobis concede, vt humilitatem tuam agnoscere, paupertatem imitari, vita tua seriem sequi valeamus, vt laudes tuae nostra sint in posterum carmina, tua mirabilia, quae edis opera, nostra admiratio, tuae virtutes nostra imitatio; tuae gaudi ac vineadi ratio nostra disciplina, ac toties Messiam & Natalitiam Domini in hoc mundo in stabulo nati decantemus, vt eadem in celo quoque, ubi regnat in gloria, aliquando canere valeamus, ad quod nos perducant Pater, & Filius, & Spiritus sanctus.

Amen.

¶(1.) 30

IN FESTO S. STEPHANI PROTOMARTYRIS.

Partitio.

- I. Depravantia Martyrii.
- II. De supplicio lapidacionis & Martyrum fortitudine.
- III. Deinudo Protomartyrio S. Stephani.
- IV. De vixi cœlis apertis.
- V. Desinidente in calum.
- VI. De orante pro suis lapidatoribus.

*Video cœlos apertos, & Iesum stan-
sem à dextris virtutis Dei.
Acto. 7.*

F I G V R A.

INHOCVS Israélita Naboth, cum per Regi Achab, quam à majoribus accep-
perat vineam nollet cedere, impia Iesá-
belis astu accusatus & circumpunctus, regio
tandem edito lapidibus obrurus fuit, &
extinctus. Hodie nouis quidam Israélita,
Leuita scilicet Stephanus, ex Ecclesiæ, qua-
vere Iesu Christi Patris nostri cœlestis vi-
nea est, defensionem nefarie accusatus, per-
fidæ Synagogæ, quæ gentibus dominatur,
iussu & imperio ad lapides condemnatur,
& condemnatus occubuit. O iudicium iniquum! o crudelum martyrum! o mor-
tem nimis ah atrocem! cetera, quæ ad ean-
dem spectant, scieris, si Spiritus S. opem in-
vocauerimus, ac Deiparam solitis verbis
salutauerimus; dicamus igitur omnes yna-
num voce:

A V E M A R I A.

Tanti semper à Sanctis olim Patribus, I.
Auditores, in Ecclesijs diuinum illud mar-
tyrij priuilegium habitum est, nihil vt aut dignitas Martij
excellentius, aut quod maioris meriti for-
meret, in Christiana posse religione reperi-
censerent. Huius opinionis fuit Angelicus
Doctor Thomas, qui nimurum Martyrum
triumphos ipsis Confessorum ac Virginum
trophæis & coronis, aliorumque Sancto-
rum gloria longe anteponit. Et merito, hoc
etiamque

Ivan. 15.

namque & ipse Redemptor mundi Christus olim confirmavit, dicens: *Maiorem hac dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis: hoc potius faciunt gloriosi Christi Martyres, qui ob amorem & honorem Dei, & ad zelum suum demorstrandum, vitam suam prodigunt, gladioque carnificis exponuntur. Tantumq[ue] illi omnium Sanctorum maximis ac perfissimi. Vel dicere forsitan voluit, Charitatem omnium meritorum principium ac solum esse & quo illa maior est & amplior, eo & meritum maius esse & efficacius, quia que maiorem in hoc mundo charitatem demonstrarunt, maiores quoque in gloria ac beatitudine in altero foro. At praedicta haec virtus in martyribus maxime renitet ac splendet: Maiorem namque caritatem nemo habet, quam ut animam suam qui ponat pro amicis suis. Per transennam vos hic notare velim animam hic pro vita capi, ut & in illis verbis, *Qui diligit animam suam, paret eam.**

Vnde etiam possumus, nobiles illos athletas, qui in charitate primi ac summi sunt, in meritis etiam premosse esse. quod ita de morte. Quid enim in mundo haberi que at generosius, nobilis, excellentius, aut meritoriorum magis, quam vitam & sanguinem vltro prodigere? quid maiori in hac vita mercede dignum?

Martyrum
charitas ex-
teorum
Sanctorum
charitate
maior.

Matth. 15. Christus cum in Euangeliō de Apostolorum præmio ac mercede ageret, ait, *Et omnis qui reliquerit dominum, vel fratres, vel sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem & filios, aut agros propter nomen meum, censurum accipiet, & vitam eternam possidebit. Nihil de illis ait Dominus, qui propter gloriam nominis tui vitam propriam relinquunt: quas illi laureas, quas coronas, quam mercedem constituiti? Nemo dubitet. Si enim tantum premium daturum se spopondit Ihsus, qui vel dominum, agrum, uxorem, relinquunt, maiora profecto seruavit vitam offendentibus, ut meritum hoc maius est & amplius, ita quoque merces illius maior & amplior sit oportet.*

Gen. 22. Cun Abrahæ Deus olim zelum & amorem vidisset, quo unicum filium Isaac immolare decreuerat, tanto cum fecit, tantoque meriti censuit, ut dixerit, *Per memetip-*

sum iurauit, quia fecisti hanc rem, & non perdisti virginem filio tuo propter me, benedicabis: & multiplicabo sanguinem tuum sicut stellas caeli. Si tanti Deus vincit Patriarchæ huius voluntatem obedientiū que fecit, quanti obsecro faciet promptitudinem Martyrum, qui, ut eidem obedient, amoremque suum testarentur, scipios in sacrificium & holocaustum obtulerent de quibus verba illa Psallographi usurpare debemus. Propter te merificamur tota die, & stimati sumus sicut oues occisionis.

Pronuntiis olim Christus amplissimā mercedem ihs, qui in nominis illius honorem vel unum aquæ frigidæ calicem pauperi daret. Audiamus promissum. *Et quicunq[ue] potum dederis mihi ex minimi ihsu, calicem aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli, amen dico vobis, non perdet mercede sumi. Vnde effici: si Dominus propter unum aquæ frigidæ haustum tam ampliā se mercede daturum promisit, ampliorem profecto dabit eis, qui propter amorem & gloriam nominis illius omnem suum sanguinem effundent, vitamque crudelissimo Martyrio finient. ecquānamq[ue] inter aquam & sanguinem, inter elemosynam & vitam compa: atio aut similitudo: an non enim plurimum inter se differt date frigidam, & calentem effundere in signum amoris sanguinem? Nihil igitur est, quod Martyrum meritis æquipareretur, aut quod maiorem à Deo mercedem exigit.*

Sephora Moysis vxor, cum, ut mariti vitam conseruaret, qui Deum negligenter sua ac tergiuersatione offenderat, filios circumcidisset; ait, *Ihesus sanguinū tu mihi es, quasi dixisset: Iam res ipsa ostendi, o marite, quo te affectu prosequeret, filiorum sc. sanguinē in vita tua defensionem effundendo, equum iam igitur est, ut reciprocō me amo & diligas. Si secundum h[oc] apud maritum verbis ob aliquot sanguinis guttas in circuncisione effulas, & propter aliquot doloris aculeos, qui eandem comitabantur, uti potuit, quanto maiori eadem ratione repetere apud Deum, verum animarum sponsum, poterunt Martyres, cum propter illius fidem honorem, eiulque gloriæ defensionem omnem sanguinem effuderint, scipios non doler-*

Exod. 4.

Allegoria
infiguis.

doloribus circumcisionis, sed crudelibus mortis supplicijs exposuerint. Horum igitur est dicere, *sponsus sanguinum tu nobis es.* si enim Virgines & Confessores ames, Martyres profecto maiori te amore & affectu prosequi oportet, cum ob honorem & nominis tui gloriam sanguinem profuderint, & venas omnes euacuant.

(Gen. 4.)

Initio Genesios dicitur sanguis Abel iniuste a fratre interfecit in cœlo clamare, vt eiusdem etiam clamore excitatus Deus dixerit, *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Primus Martyr fuit Abel, idque in lege naturæ, eiusque sanguinis clamor ab eo tempore designabat sanguinem Martyrum de terra clamaturum. & quid? generositatem quandam singularem, animum infraictum, caritatem admirabilem, patientiam incredibilem, ad hæc meritum infinitum, quodque omnia merita antecelleret. Quod Euangelica parabola manifestum faciat.

Matth. 13.
Martyrum
merita pa-
rabola desi-
gnantur.

Agricola cum semen in terram iaceret, aliud cecidit secus viam, quod volucres cœli comedenterunt; aliud in loca saxosa & sterilia, in quibus præ humoris defectu exaruit; aliud inter verpa & dumos, quod quidem excrescens exsurgere non potuit, sed suffocatum est; aliud cecidit in terram bonam, & dedit fructum, sed tamen varium, aliud sc̄ centesimum, aliud sexagesimum, aliud tricesimum. Hæc quidem non nisi parabola est, sed quæ veritatem tamen aliquam includat. Ager siquidem ille mundum hunc designat, in quo magnus ille colonus, qui in altis habitat, tot creaturas, de rationalibus loquor, seminavit; sed omnes in idem solum non cederunt: alia enim in latam perditionis, infidelitatis, & idolatriæ viam delapſe, à diabolis, terris illis aribus, harpyisque rapacibus devoratae sunt: videlicet Ethnici & Gentiles. Aliq in petram obstinationis, ac peruvicaciæ, & exaruerunt: Iudeos intelligo. Alia hæretum spinis & errorum verpibus implicatae crescere quidem coepere, sed tandem ab illis suffocatae excrescere non potuere. Etiam me tacente intelligitis hic hæreticos designari. Reliquæ vero, quæ in terram bonam cadunt, ipsi sunt fideles, qui in terra Ecclesiæ

crescentes fructum adferunt vel tricesimum, vt Doctores, vel sexagesimum, vt Virgines, vel centesimum, vt glorioſi Martyres, qui plusquam cætera Euangeliæ & Ecclesiæ semina excrescent & fructum adferunt. Conſiteamur igitur nihil cum martyrio vel merito, vel dignitate conferri posse.

Gentium Doctor Paulus tanti olim Martyrium fecit, vt cæteris id rebus anteferret, quicque se Apostolum prius nominare solebat, cum careeris sordes, imo delicias expertus eset, compedes tetigister, ecclœos gufasset, relicto magnifico Apostoli nomine, aliud longe magnificentius assumpsit, vincit sc. & captiu, nomen scilicet Apostoli Martyris appellationi postponens. *Ego Paulus vincitus Christi;* & *Ego vinculus in Domino,* & in Epist. ad Philemonem ciuem Colosensem, *Paulus vincitus Iesu Christi.* Imitatus sc. nobiles huius mundi, qui cum solito Baronum, Comitum, Marchionum nomine appellari soleant, si Ducatum al quem adipiscantur, relictis prioribus nominibus, nomen ab eo mutuantur: qui enim modo se Apostolum Christi Iesu, modo vas electio-
Eph. 3.
Eph. 4: ad Philem.

nus sc. nobiles huius mundi, qui cum solito Baronum, Comitum, Marchionum nomine appellari soleant, si Ducatum al quem adipiscantur, relictis prioribus nominibus, nomen ab eo mutuantur: qui enim modo se Apostolum Christi Iesu, modo vas electio-
Eph. 3.
Eph. 4: ad Philem.

Dicta sunt hæc, & prædicta, quoniam hodie B. Stephani protomartyris solennitatem celebrat Ecclesia, qui cum in mortis articulo eset, lapidibus scilicet ab antiqua & perfida synagoga obrutus oculos in colum iustulit, & antequam animam redderet, alta voce clamat, *Video cœlos apertos,* *Et Iesum stantem à dextris virtutis Dei.* Hæc mihi hodie ex Epistola verba delegi, ad glorioſi huius Martyris præconia decantanda, quæ in tria membra dispergiantur: primo scilicet de eius Martirio actus sum, deinde de diuino, quod in tormentis sensit, solamine, postremo illius erga inimicos charitatem aff. Etumque demonstrabo, simulque vos exhortabor, illius ut exemplo in-
II.
juriarum obliuiscamini. Hæc autem ad Beati Stephani gloriam, præconiumque non parum momenti allatura sunt.

Quod ad primum igitur spectat, tragicus huius

Acto. 6. huius ac cruenti Martyrii historia in Apostolorum Actis descripta legitur. Surrexerunt scilicet quidam de Synagoga, que appellatur Libertinorum, Cyrenensium, & Alexandrinorum, & eorum, qui erant à Cilicia & Asia, disputationes cum Stephano, cum vero argumentorum illius efficacie, rationum robori, spirituq; qui in illo loquebatur, resistere se posse diffidenter, indigne ferentes à Diacono sibi ora obturari, à verbis venere ad verbera, in que vitam eius conspirantes summisserunt viros, qui dicent se audiuisse cum dicentem verba blasphemiae in Moyson & Deum. Ad lapides itaque condemnatus fuit, & axis impeditus occubuit. Et ejecentes eum extra ciuitatem lapidabant.

Hocce porro supplicij genus, quo nullum apud Hebreos erat crudelius, ad solos blasphemos castigandos destinatum erat. Ita namque in Leuitico scriptum legimus: *Qui locutus est ad Moyson dicens: Ede blasphemum extra castra, & ponat omnes, qui auferunt manus suas super caput eius, & lapidet eum vniuersus populus.* Ipsi porro blasphemia, vt hoc obiter significem, homicidio anteponitur, tanquam peccatum grauius & magis deterrandum: de hoc enim solum scriptum est: *Qui percussit & occiderit hominem, morte morietur.* de illa vero: *Qui blasphemauerit nomen Domini, morte moriatur, lapidibus opprimat cum omnis multitudine populi.* Sola ecce mors homicidis intentatur, sed saxus imber blasphemis.

Leuit. 24. Imo vero idem omnino in hos decretum erat supplicium, quod in idololatras. Si mihi autem credere detrectatis, credite sacræ scripturæ aperte id profitenti: *Si quis dederit de semine suo idolo Moloch, morte moriatur, populus terra lapidabit eum.* Et quoniam idem vtriusque peccati supplicium est, necessario fateri oportet, eadem vtriusque malitia & perueritatem esse: solerent enim supplicij grauitas delicti enormitati ut plurimi respondere. Tanta tamen seculi nostri nequitia est, nihil ut platis blasphemia audiatur frequentius, haec sc. Gallica eloquentia est, haec nobilium & auctoritorum schemata & flores, haec adolescentium rhetorica. O tempora, o mores, o seculi labem & dedecus! o agendi rationem nihil minus quam Christianam! vbinam modo lapides sunt & saxa? vbinam consueta illa suppli-

Bess. de Sanctis.

cia? cur non obturentur fauces illæ tartareæ blasphemias tam horrendas eructantes & euomentes? sed conglutinemus sermonem abruptum, & intra lineam redeamus.

Eodem quoque supplicio consumaces olim *Ios. 7.* milites & imperio parere detrectantes à ducibus in castris castigabantur. Hinc Iosue dux in obsidio Ierichontico vnum è suis nomine Achan filium Charni ad lapides condemnauit, quod solus iniussu ducis vibem deprædati auctor fuisse; omnia vero, quæ abstulerat, igne consumpta sunt.

Leuit. 24. Idem etiam supplicium populus inquis tributorum exactoribus, harpyis illis regiæ gazzæ ergavit. Hinc Adoram, qui super rationes Regis Roboam constitutus erat, sed populum tamen exauriebat & depascabatur, ab uniuerso populo axis obrutus expirauit.

Nullum quippe apud Hebreos supplicio lapidum erat acerbius, nullumque crudelius: a deo, vt cum Dominus peinas, quibus iniquitatem Israël castigatus erat, recenseret, lapidationem cæteris anteposuerit: *Indicabo te iudicijs adulterarum, & effundentium sanguinem, & dabo te in manus eorum, & adducent super te multitudinem, & lapidabunt te lapidibus, & trucidabunt te gladijs suis.*

Quin & Apostolus Paulus eum in Epist. ad *Hebr. II.* Hebreos tormenta ac supplicia enumeraret, quæ martyres perferebant, lapides inter cetera velut præcipua ac maxime crudelia recensuit: *Alij vero ludibriæ & verbera experti, insuper & vincula & carceres, lapidati sunt, sciti sunt, tentati sunt. Ipse quoq; populi d. x. Moyson hoc in primis exhorruit; cum enim in populi seditione turbas in se concitas videret, magnoque res luas in discrimine versari, cum lacrymis ad Dominum conuersus obsecravit, hoc vt à se supplicium auerteret: timebat enim ne populus effrascens lapidibus in se. uiret Quid faciam populo huic?* adhuc paulum, & lapidabit me, tu igitur me defende, ac protege, eorumque furorem mitiga.

Ceterum supplicij huius crudelitatem magis inuidinemq; exaggerare volui, quod hoc ipsum patientia fum & Protomartyr noster Stephanus subiret, admirabiliter tanto animo ac constantia, nullum vt *lis.* ex eo tormentum sustinuerit, sed potius omni sentiendi vi priuatus fuisse visus sit, ac saxa in golas conuersa, *Lapides torrentis illi dulces fuerunt,*

Blasphemi olim ad mortem lapidabantur.

Leuit. 20.

Psal. 67.

fuerunt. Quantoq; e magis sequentium rabies inualecebat, tanto & illius robur magis cre-
scerat: quoque plura tormenta patiebatur, quo
& maiores ei oculis vires subministrabantur.
Pred xera f. de illo, ac de omnibus in genere
Martyribus P'saltes, *Mirabilis Deus in Sanctis
suis. Deus Israel ipse datus virtutem, & formidinem plebi sua vitormentis infrausta & im-
mobilis persistat.*

Hebr II.
Cant. I.

Atq; id o sacra scriptura fortitudinem, quae
vna e Spiritu S. donis est, Martyribus adseri-
bit potius quam ceteris; atq; in primis Apost.
Paulos, qui hoc eos nomine coepit. Ilat, Mar-
tyres fortis facti sunt in bello viræ huius. Hunc
queque lectulum S. Ierononis sexaginta fortis
ex fortissimis Israeli ambeunt, omnes tenentes
gladios, & ad bella fortissimi. Mysterij huius
abyssum, qui curiosus indagare voluerit, re-
periet ipso in limine per lectulum illum &
thalamum regium, Ecclesiae statum designari,
per fortissimos illos Israei Sanctissimos Mar-
tyres, qui exercitati ad prælia, & certaminibus
assueti, sanguinem suum pro Ecclesiae tuitio-
ne profuderunt, vitamque impendere, quæ de
ciudice statione decedere maluerunt. Hos Deus
velut ex arbitrio constituit, arma ijs tradidit,
rob' & animos subministravit. Iterum hæc
ipsa alio loco in Canticis explicata & figurata
reperimus.

Cant. 4.

Videte quippe licet, vt illie sponsa turci
vndequaq; communite comparetur, quæ a-
dificata est cum propignaculis & munitionib;
ex qua mille clypei & ymbones depen-
deant, atq; omnis armatura fortium. Per turrim
hanc intelligite Ecclesiam, per munitionem &
propugnacula charismata, & dona Spiritus S.
per clyeos, fidem, fortitudinem, patientiam,
constantiam, & animum, quæ sunt fortium, id
est, martyrum, heroum illorum Ecclesiae arma.

Num. I.

Israelitis cum Chananaeis præliaturis, ter-
ramq; promissionis a deo paraturis p'cepit
Deus, fortissimos quoque ex viuenter multa
tudine, ac nucleum totius Israei vt segregaret.
Ecce mandatum, *Tollite summam viuenter & co-
gregationis filiorum Israel, omnium virorum
fortium ex Israel.* Quod olime Mosi in deserto
Sinai mandauit, in Ecclesia quoq; sua quotidie
vult obseruari. Carnem quippe, mundum, diabo-
los debellaturus, simulq; regnum coel. stetis
paratus Martires, veluti populi florem &

totius agminis generosissimos eligit.

Iosue, qui populi Dei aliquanto etiam tem- *Ios. I.*
pore conductor, suit, prælum commissurus,
fortissimos totius exercitus admonuit, vt cæ-
teros precederent, ab hoste tueretur, pro alio-
rum se salutem discrimini offerrent. Vi hoc ip-
sum proposito adaptem, allegorice omnia ca-
pienda sunt. Deus qu' p' nofer Iosue erit, ar-
mati illi & Herculei, qui praecedere iubentur,
Martyrum imaginem gerent, qui virtute &
constantia armati celitus euocantur, vt Ec-
clesia totius agmen ducent, prælum auspi-
centur, inim' corum cornua p'iterant, inq; fi-
delium defensionem arma semper velut pri-
mipi p'ferant.

Eius hodierna die euident exemplum in S. *III.*
Stephano pleno gratia & fortitudine videre *Acto. 6.*
est, qui à Deo velut ceterorum fortissimus ele-
ctus primus in stadium profili, saxa trans-
greditur, vitam, sed non animum, sub gloriofo
Martyrio amittit. O generose tantorum futu-
rorum pugilum ductor! ò tot Martyrum, qui
hoc in bello sequi debent, Princeps! ò gene-
rose Christi athleta, qui hodie mortem explo-
dis, qui mundi tormenta exsibitas, qui tyran-
norum rabiem eludis, qui seditioni populari
solus resistis, & victor ne quidquam frenden-
tibus omnibus evadis.

Iam ad oculum videre licet, quod Poeta o-
lim aliud agens ait:

*Ac veluti magno in populo cum sepe coorta est Vir. AEn. 6.
Seditio, sequiturq; animis ignobile vulgus.
Iamq; faces, & saxa volant, furor arma mini-
strat.*

Videmus hic enim populum furentem ad-
arma concitatum, videmus inacuo parati-
nsidias, Diaconum vinciri, ferro ad palum al-
ligari, lapidibus obturi, aerem faxis repleri, fu-
rorem vultu emicare, oculos ira scintillare,
blasphemias ore nefando egeri, à furore quo-
que arma subministrari, hodie quoque verum
illud Lyrici fuisse comprobatur:

*Si fractus illabatur orbis,
Impavidum ferient ruine.*

Quantum enim inimicorum rabies crescit,
tantum quoq; & martyris animus, & genera-
sum illius peccatis. Et sane cum infrastructum huic
Martyrem in tormentis, eiusque robur nullis
omentis concussum conspicio, rupem aliquam
a medio mari constitutam, quæ fluctuum
vento-

Gen. 8.
ventorumque rabiem exhibet, vel montem Atho, qui trifolatum fulminis telum irideat; & vt figuram omittam, columnam quandam ferream, aut murum æneum, qui nullam oppugnationem perhorrescat, videre videor; verbaq; illa ieremia Propheta identidem vñpare compellor: *Ego dedi te hodie in ciuitatem munitam & in columnam ferrream, & in murum æneum super omnem terram: bellabit aduersum te.* Non preualebunt, quia ego tecum sum, dicit Dominus. Stephanus profecto noster columna ferrea est, & murus æneus, quem nulli tormenta euiseere, aut frangere potuerunt, sed cuius cum tormentis crevit & robur, & fortitudo.

Arca Noe ingens illa nauis, per quam totus orbis seruatus est, quo magis à procellis exagitabatur, eo etiam cerebatur altius, & Aquilonari rabiei magis resistebat, cœlo & nubibus inuidiam factura. Idem de Stephani nostri anima esto iudicium: in tormentorum namq; pelago hodie fluctuans, quanto magis à cruciatis & persecutionibus impellitur, tanto & melius eadem suffert, tormenta explodens, cœloque quam proxime accedens: in eius namque portu constitutus exclamat: *Vides cœlos apertos, & Iesum stantem à dextris virtutis Dei.* O egregium pugilem, ac martyrem vere generosum, cui nullus par reperiatur!

Iust. 9.
Act. 7.
Exod. 28.
Vidit Iacob dormiens scalam, cuius una extremitas terram, altera cœlum tangebat, per quam Angeli ascendebant & descendebant. O mysteria nimium vera! Hoc admirabilis illa scala Incarnationis toti mundo demonstrata fuit, quæ extremitate diuinitatis suæ cœlum, & altera humanitatis terram seriebat, per quam magni consilij Angelus Iesus Christus, ut eum Isaías vocat, cœlo descendit, & cum eo universus caelitus exercitus, hodie vero Stephanus eandem velut Angelus ascendit, *Intraentes autem omnes, qui sedebant in concilio, viderunt faciem eius tanquam faciem Angeli.*

Stephanus comparatur Rationali Pontificio.
Inter omnia summi apud Iudeos sacerdotis ornamenta & insignia eminebat ipsum Rationale, quo pectus illius muniebatur, cum Sancta Sanctorum ingredieretur, eratq; ex auro mundissimo, quatuorq; gemmarum ordines continebat. Vesta mihi venia licet Auditores Stephanum nostrum huic Rationale parem dicere, qui Domini nostri Iesu Christi pectus

exornat: ille nimurum Rationale fuit ex purissimo caritatis auro conflatum, & varias virtutum gemmas & lapides complectens. Quot enim hodie eum lapides circumdant? quot saxa cum cingunt? unde de ipso illud vñpare licet, omnis lapis pretiosus ornamentum tuum. *Ezech. 28.*
& in medio lapidum ignitorum ambulati, caritateque ardentium, quantum ad te, sed fure & rabie, quantum ad Iudeos accenorum. O Martyr victorijs turgide, aetrophæs nobilis! o Martyrum omnium Princeps! o omnium Ecclesiæ Cæsarum & Alexandrorum primus!

Jacob Patriarcha cum in mortis articulo filii benedicens singulis valediceret, primogenito hæc verba habuit: *Ruben primogenitus Gen. 49. meus, tu fortitudo mea, & principium doloris.* Item Ruben mes, prior in donis, maior in imperio. Evidem filio Iacob, omnia hæc de Stephano nostro iure vñpsum, & vocem cœlitus audire hodie videor, *Stephanus primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium doloris mei,* & primogenitus scil. Martyrum, Ecclesiæ fortitudo, & initium persecutionū, quas fideles nři passi sunt; *tu prior in donis, & charismatibus, tu namque primus cœlos apertos vidisti,* eris quoque major in imperio, omnium Martyrum videlicet maximus, lummus in gloria, & in regno cœlesti primus. Nemini autem exotica, aut peregrina hæc expositione videatur, quid enim Ruben denotat aliud, quam *videns filium*, quod optimo Stephano nostro quadrat, qui cœlo aperto Iesum filium Dei in gloria conspexit, audiamus, qui excusat, *Vides cœlos apertos, & filium Act. 7.*

bominis sedentem à dextris virtutis Dei. Deinde ille Martyrum omnium, qui Iesu Christi Patriarcharum omnium regis filii sunt, primogenitus extitit, quinimo asserere ausim de ipso versum illum Psalmistæ intelligendum: *Ego primogenitum ponam illum excelsum præ regibus terra.* Ille quippe primus est, quæ in doloroso & amaro Martyrij puerperio peperit, quæ supra Hercules, Cæsares, Alexadros & Reges vniuersi Deus euexit, o honor summus & immortalis!

Solent ad summos honores euichi, qui in vribis alieuius excidio, iam ariete muris deiectis, primi periculo se obiciunt. Hinc loab, quod in excidio Ierosolymitanorum primus vallum consecundisset, totius exercitus Dux à Davide beneficio memore est declaratus. Ita quoque Stephanus

C 2 noster

noster in expugnatione Ierusalem illius cœ
Matth. ii. lestis, quæ non nisi præliando capitur, (nam re-
gnum cœlorum vim patitur, & violentia punit
illud) cum primis periculis se obiecisset, à Chri-
sto iam aditu parato, Martyrum omnium
princeps, omniumque fideliū primus &
dutor à summo regum Christo est constitutus.

1. Paral. 2.

Aminadab Princeps totius trib. Iuda, is in-
quam, qui in recta linea & sexu masculino à
Iuda immediate descendit, ut è libris Parali-
pom, colligere est, cum vt Rabini veteres ex
traditione maiorum & cum ijs Genebrardus
edocent, Israelitarum Aegypto excutiu primus
mare rubrum ingressus esset, & ceteros
omnes, qui fluctus metebant, manique se
committere dissidabant, vt sequerentur, ad
hortatus esset, omnesque incolumes traduxisse-
set; Dominus beneficij huius & constantiae
memor nomen illius immortale reddidit, fa-
miliæ eius regnum dedit, posteritateq; illius
sanctam reddidit. Expressit hoc Psalmogra-

Psal. 113.

phus in Psalm. In exitu Israël de Aegyptu, &c.
dum ait: facta est Iudea sanctificatio eius. Ste-
phanus, velut nouus quidam Aminadab cum
primus in mudi huius, qui velut AEgyptus est,
egressus in rubrum Martij mare se conieci-
set, post quem innumera Martyrum centuria
ac myriades secutæ sunt, immortale sibi nomē
peperit. Deutq; memoriam illius ab interitu
vind cauit, In memoria eterna erit iustus, imo
& nomen illi regum tribuit. Stephanus enim
Græce aliud non sonat, quam corona, ideoque
eum, ut omnium Martyrum primum ac Regē
voluit haberi, Excelsum præ regibus terra.

Ceruorum
industria in
flumine
tranundo.

Cerui frustum aliquod transtut, vt Plinius
& alij tradunt, quo in insulas desertas deuen-
tum, hac vt solent industria: qui ceteris in
robore præstare videtur, primus in yada se
coniecit, huic ipso alter cornuum onus impo-
nit, secūlo tertius, tertio quartus, sc̄ de cæ-
teris, atque ita primi auxilio & ope mare tran-
ndo ad insulas perueniunt. Quid vetat hanc a-
nimalem industriam proposito nostro adap-
pare? Transuadandum erat procellosum illud
Martyrij mare, vt in beatas, ac fortunatas in-
sulas ita aditus daretur, & ecce Stephanus, qui
iustitia eroſi cerui plenus gratia & forti-
tudine faciebat prodigia & signa magna in po-
pulo, primus in hunc Oceanum le coniecit,

primus suppliciorum tormentorumq; vndas
ingreditur, & imperium earum frangit, huic Ia-
cobus innitiuit, Iacobus Bartholomæus, huic
Petrus & Paulus gloriöſi illi Apostoli atq; ita
Stephano agmen ducente, & aquarum impe-
tus retundente, omnes Martyrum manipuli
rubrum illud, mare transabuit, terramque beatu-
itudinis tandem obtinebunt. Ita namq; de se
ipsis testantur, Transiimus per ignem & a-
quam, & eduxisti nos in refrigerium.

Psal. 65.

Ipsè denique Stephanus est, qui callosum
martyrij transitu facilem reddidit, qui primus
vaſtum hunc Oceanum tentauit, qui primus
iter difficile ingressus est. In Legi naturæ pri-
mus Martyr fuit innocuus Abel, in lege Mosis
primus Achimelech, quem cū octoginta alijs
sacerdotibus vestibus luctis induitis Saul Rex
nefarie occidit, inter Prophetas Zacharias, in-
ter Apostolos Iacobus in lege Euangelica: at-
que omnium primus Stephanus morte oppri-
xit, corpus iectibus obiecit, tyrannorumq; ra-
biem elusit.

1. Reg. 20.

Laudatur in sacris litteris summopere Ba-
nias filius Ioiada viri fortissimi, quod nim-
rum brumali tempore, cum omnis hominem
fortitudo & vires solent deficere, ac manus pre-
frigore rigere, leonē nihilominus manibus infu-
focari. Et est profecto actus quidam heroicus
ac singularis fortitudinis argumentum, tam
cruentum belluam profligisti, manibus super-
rasse, idq; hibernis diebus, quibus imbecilli-
ores homines videntur, ac velut viribus desti-
tuti. Verum si Israelita illius fortitudo depræ-
dicanda est, Stephanus nostri robur maiorem
profecto laude meretur: ecce enim hic alterum
Banaiam, qui in media hyeme, & grauissime
persecutione tēpore, frigidis tyrannidis niubib-
omnia cooperientibus, mortem ipsam mori-
coegit, crudelē illam leēnam, vel si ita vul-
tis, Satanam Leonem illum ferocissimum suf-
focauit, adeo vt eum debellarit, & supplicem
sibi redderet, lapidis bus, quibus se petebat, ob-
ruens. O factum heroicum, ac vere masculum!
O facinus Samsonem dignissimum! Audiamus
vt opere peracto triumphet, vt victoriā can-
ter, vt plena voce intonet, video cœlos apertos,
& Iesum stantem à dextris virtutis Dei.

IV.

Cum martyri itaq; noster palo affixus staret, Stephanus
manus pedesq; vincitus, nudatus, à carnificibus cœlos per-
circumallatus, lapidum imbre perplutus, tos videt,
oculis

oculis cœlū versus sublati, & cor sursum eri-
gens, nouum quid conspicatus clamare coe-
pit, video cœlos apertos, & Iesum, &c. Perinde
ac si dicere voluisset. Sumite iam animos,
mortales, cœli, qui iam à quinque annorum
m illib[us] oculis fuisse, modo patent, ferrari-
menta & reppigula ablata sunt, cardines & ve-
ctes ferrej remoti, nullusque amplius ante
eorum introitum custos, Cherubim cum flam-
manti illa romphæa ante Paradisi aditum
collocatus abscessit, liber datur aditus. Video
namque ianuas apertas, & Filium hominis,
hominem illum morti aliquando adiudicatum,
qui tanto tempore iratum Patrem sen-
serat, hominem Verbo vnitum æternō, qui
modo Deus est, & cœlo continetur ad dexterā
ram virtutis Dei collocatum, ac pioncē supra
omnes Angelos, Cherubim, ac Seraphim e-
uestum infinitaque gloriae consortem. O
conceptus admiratione dignissimos!

Gen. 28.

Iacob lapidi indormiens prodigiosam sca-
lam vidit, angelos quoque in eadem descen-
dentes & ascendentes, aliaque visiones singu-
lites. Hic vero Martyrum Patriarcha Stephanus,
caput, pectus, torumque corpus lapidibus
habens impeditum, vidit scalam illam admirabilem,
qua ad beatitudinem ducit, quam Christus ipse erexit videt non Angelos, sed
Angelorum Regem Christum, videt cœlos aperitos, & gloriam que nobis destinata est.
An non auditis, vt inclamat, Video cœlos aper-
tos, &c.

Ios. 10.

Aliusisse mihi videtur ad visionem, quam
vidit dux Iosue, quando in prælio constitutus
solem media die stantem & hærentem con-
spexit, Domino nimirum voci hominis mo-
rem gerente. Stephanus enim, velut alter Iosue,
medio in certamine positus, & lapidum
grandinem expertus, solem iustitiae in summo
cœlo stantem videt, eius scilicet virtute
constantiaque in admirationem raptum, i-
plos quinetiam cœlos aperientem, & omnes
spiritus cœlestes iam iniuncti athletæ robur ob-
stupelcant, quod ipse testatus ait, Video cœlos
apertos, &c.

I. Cor. 4.

Doctor gentium Paulus cum de tribula-
tiobus, quas secum fideles omnes pateren-
tur, ageret, tantoperè easdem exaggerauit, vt
dicere non erubuerit, Angelos, hominique
ijisdem in admirationem raptos fuisse. Specta-

culum facti sumus mundo, Angelis, & homini-
bus. At Stephanus non modo ab Angelis, aut
hominibus, omnibusque creaturis se in mar-
tyrio visum ait, sed ipsummet Creato-
rem, Deum ipsum, eius patientiæ spectato-
rem adfuisse. Video Iesum, inquit, stantem à
dextris virtutis Dei: quam in rem nouos con-
ceptus proferamus.

Quando igitur eum hunc in modum cla-
mantem audio, dixisse eum saltem innuisse verborum
autum: Abrupite vitam hanc carnifices, abru-
ponitur.
Stephani
pote, ictus ingeminante, laxa duplicate, obruite,
sub lapidibus me sepelire, ossa haec cōfringite;
vñimirum anima carceribus mundi huius e-
gressa, cœlum, quod modo patens conspicio,
sine vlo obstaculo ingrediatur. Rumpite mo-
ras, nolite mortem diffidere, properate, viam
cœlum yesus adaperte: quænam illic gaudia
parata mihi contemplor? non sunt condigna. Rom. 8.
dixit olim Paulus, passione huius temporis ad
futuram gloriam, qua reuelabitur in cœlis,
quod & Stephanus prius verbis illis, Video cœ-
los apertos, & Iesum stantem à dextris virtutis
Dei, significauit.

Cum lætam hanc vocem percipio, impe-
tus & ebullentes quosdam vapores animæ
gaudio nimio transuersum æstæ audire vi-
deor, quæ p̄e deliciarum ac lætitiae magnitu-
dine exclamet. Et vt qui longâ ac diuturnâ
tempestate per Oceanum iactati ventis & flu-
ctibus hue illueque agitati, quamprimum ut
eminus terram alpicunt, Terra, Terra, Terra
inclaimant: (Cuius rei exemplum Maro in
Troianis ded. t) cum enim aliquot annis per
mare Mediterraneum & Aegum errassent,
multaque discrimina adiissent, labores pluri-
mos exantlassent, quaniprimum vt Italia se in
conspicuum dedit, Italiam, Italiam inclaimare
coepérunt: s̄epius nomen rei exoptatissimæ
repententes. In hærent adhuc Poetæ verba & co-
rum clamor,

Italiam Italianum primus conclamat Achæ-
tes.

Italianam socij lato clamore salutant.

Ad eundem modum Stephanus, cum longo
tempore in tormentorum Oceano iactatus, &
Martyrii tempestate agitatus esset, eminus ter-
ram viuentium conspicatus, alta voce incla-
mat, cœlum, cœlum, apertū illud eminus vi-
deo;

C. 3.

deo; Video cœlos apertos, & Iesum stantem à dextris virtutis Dei.

Act. 14. Cum auribus sonus ille insonat, dicere mihi visus est, Quanta, Deus bone, beatitudo mea! & quæ mea gaudia! quanta mea felicitas! quæ nimis video, quod ante me vidit nemo: video per apertas cœli ianuas Angelos, qui me intuentur, & innuunt, ut fortiter hocce supplenum perfiram: Video quinetiam Iesum stantem, qui inclemare videtur, Bono animo es Stephane, per multas tribulationes oportet intrare in regnum cœlorum. Sume animos aethera, sustine saxa, equidem crucem sustinui; te quidem lapidibus obruant, me cruci prius affixerunt: tu vides cœlos apertos, ego eodem tenebris cooperatos: tu extra Ierusalem exspiratis, ego in monte Caluariae animam exhalaui, tu secus pedes adolescentis Sauli martyrium patens, ego in medio latronum in cruce actus sum. Erigitur gloriosum, ducendum imitari, eamdem cum illo sortem subire. Quam in rem egregiæ mihi historię in mente veniunt.

Phocion dux Atheniensis cum ab ingratâ patriâ ad mortem esset condemnatus, videlicet que in carcere alium, Tuditum nomine, simili supplicio adiudicatum, sed qui sortem suam non usque adeò fortiter ferrer, his cum verbis est consolatus: Nō tibi satis est, Tuditippe, cum Phocione mori? Isdem mihi verbis Dominus Iesus Stephanum visus est consolatus, cum lapidibus eum obrutum videret: Sume animos Stephane, est tibi non parua futura gloria cum Christo mori, eadem cum filio Dei fortunam subire, & sub saxis sepeliri, ut ille in monte Caluariae in cruce exspirauit. Verbis itaque eum & signis est consolatus: de verbis quidem nullis in Scriptura sermo, signa autem manifesta sunt, videtur enim cœlos apertos, & Iesum stantem à dextris virtutis Dei.

O igitur felix, ac nimium beata Martyr! O p̄cæteris dilectæ Deo pugil! nemo enim unquam Sanctorum vidit, quæ hodie tu vides. Omnes enim veteres percurre visiones, & parum non reperies. Noe quidem vidit arcam, Abraham Angelos, Jacob scalam, Moses rubrum, Aaron virgam, Gedeon vellus, Ioseph solem stantem, Ieremias virgam vigilantem, Ezechiel Seraphinos, Daniel giganteam magnitudinis virum, atque alij alia: at nemo

cœlos vidit apertos, vt Stephanus. O donum singulare! o prærogativa regia! o priuilegium nouum, ac nemini concessum!

Vbinam modò es Paule: quomodo his non contradicas? dixisti olim, Nec oculus vidit, nec auris audiret, nec in cor hominis ascendit, quæ preparauit Deus diligentibus. Diaconus tamen Stephanus eadem perfectè intuetur, videt cœlos apertos, officinam illam gloria & diuitijs refertam, & quidquid beatitudinis nostræ caput ac summum est. O aquila! o lynx! oculus! qui clementa visu transscendere, planerarum orbis percurrere, & cœlum emporeum oculis potest rimari, nobisque in eodem preparatam gloriam perspicere: dicitur namque, Intendens in cœlum, vidit gloriam Dei, & filium hominis stantem à dextris virtutis Dei.

Merito oculos in cœlum leuauit, è cœlo namque omne solarium & auxilium expectandum est. Hinc David Rex in afflictionibus & angustijs constitutus, oculos se cœlum versus direxisse ait, Ad te leuavi oculos meos, Psalm. 122., qui habitus in cœlis, item alibi: Leuavi oculos Psalm. 129., meos in montes, unde veniet auxilium mihi. Ipsa quoque Dominus Christus Lazarum resuscitatus in cœlum intendit, quasi auxilium & opem, ad tantum tamque singulare miraculum peragendum, cœlitus implocatus, Iesus autem elevatus sursum oculus dixit. I. Ioan. 11.

ipsa quoque Machabæorum mater, ut minimum natu in supplicijs animaret, solaretur que medijs in supplicijs constitutum, ait, Peto, 2. Mach. 2., ut aspicias in cœlum, ita fiet, ut non timeras carnificem istum.

Et sane verissimum est, solum cœli aspetum, solam loci tam amœbi contemplationem Theistæ in Hercules fortissimos commutare posse, timidos ad tormenta rapere, consolari affictos, eosque in supplicijs reddere infensibiles. Ipse namque Hieronymus Eu-stochio Romanæ Virgini scribens, sola hac eam meditatione verum reperiisse solarium posse ait. Egredere de carcere, & praesentis laboris tibi ante oculos pingue mercedem, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit: Testis huiusc rei sit apostolus, qui cum aliquam tantum illius scintillam vidiisset, præ gaudio & admiratione raptus exclamauit, Domine quid me vis Act. 9., facere? anne mundum deserere, mortem subire? Dic igitur num cœlestis gloriæ meditatio & in-

Nemo vng
Sanctorum
vidit, qua
Stephanus
vidit,

& intuitus magnoperè ad animum alieuius confundendum, aut robur függerendum conducant? Eius rei exemplum in athleta Stephano hodie manifestum est; cum enim cœlos apertos videt, felicitatemque cœlestem iam ex parte gustasset, lapidum laxorumque imbrei quasi insensibili despexit, & clamauit, *Video cœlos apertos, & Iesum stantem à dextris virtutis Dei.*

Quodnam vestrum hac de re iudicium Philosophi? quid de hac cœlorum reservatione dicitis o Thologii? Quomodo verba illa hyperbolice prolatæ, *video cœlos apertos,* capienda sunt? anne cœli aperiri queunt, anne deduci ac referari quasi tores? anne fenestras aut ianuas habent? Nequaquam. nihil horum in cœlos quadrat; sunt enim corpora incorruptibilia, que nec frangi, nec aperiri queunt, adeò ut quod Stephanus hic ait, non de veritate quadam visione, aut sensibili corporum cœlestium, sed solidâ sunt & tanquam ænea, aperiisse intellegendum sit. Iob namque Propheta ait, *Solidissimi sunt cœli, & tanquam ærefusi,* quod & ipsa confiematio.

Iob 37.

Ostenditur
cœlos ape-
riri non
posse.

Vt enim aliquid per fissuram quamdam cœlestem conspiatur, magnam sanè eandem esse oportet, ne forte viuis deficit humanus, & ipsum videri non possit, deinde splendidissimi & micantissimi coloris, is enim obiectum viuis est, atque ita inutilis & frustra hæc cœlorum aperio forer, quia cum cœli diaphana & transparentia corpora sint, res ipsa videretur, etiam sine villa rima aut fissura; eo modo, quo stellas, qua firmamento affixa sunt, septem alijs orbibus interpositis, & eorum aspectum non impeditibus videmus. Adhac si hoc se ita haberet, non sine miraculo id contingere dicendum esse: necessarium namque foret, vel spatum interiectum vacuum manere, quod præter communes nature leges est, quæ a vacuo nimium quantum abhorret: velementa ipsa, centro suo relieto, præter communem rerum ordinem in altum sustollit ad vacuum illud replendum.

Dicendum est igitur aperitionem hanc veram non fuisse aut realem, deinde cœlos numquam apertos fuisse: atq; etiam eū in Scriptura ijdem aperti legitur, (vt apud Ezech. *Cœli aperti sunt, & vidi visiones:* in Apocalypsi quoque, *Ecce ostium apertum est in cœlo;* item

apud Matthæum in baptismo Christi Iesu Matth. 3.
cœli aperti sunt,) id fieri, vel quod simpliciorum se accommodare velit caput: veluti cum dictum est in diluvio cœli cataactas reseratas, vt ita ingentem pluviā designaret: vel vt hinc manifestum fieret, eos, quos scribitur cœlum cœpsum vidisse, imaginariam quandam visionem habuisse vel somniantes, vel vigilantes, per quam ipsis cœli aperti videbantur. Quamquam per hanc aperitionem splendor quidam præter consuetudinem in aerea regione appartenens, imaginationemque, quod reuera in rerum natura non existat, demonstrans, intelligi etiam queat.

Atque ita intelligenda est Martyris nostri visio, firmiterque tenendum, præsertim accidente ratione, cœlos ei minimè apertos viros, sed imaginariam tantum eorum aperitionem fractionemque oculis illius fuisse exhibitam.

Ita namque illos aeris partes feriebant, ut à se mutuo dirisa & separatae videretur, quod fieri potest, si partes, quæ à se inuicem se parate videntur, densiores & lucidiores fiant, adeò ut visum sittere, & ad se rapere queant, ipse queque aer interieetus rarefcat. Hoc artificio pictores vuntur, vt nobis ianuas fenestrasque demonstrent, colorem album & lucidum feruore aliquo nigredine circa extremitates obscurando. Atque hunc in modum cœlorum aperitionem in Messiae baptismo interpretatur doctilimus Suarez. Sed noua hic difficultas se offert; neque enim solos cœlos se apertos, sed gloriam etiam Dei vidisse ait, *Intendens in cœlum vidit gloriam Dei.*

Lyranus vit doctissimus, & in expositione difficultatum biblicarum peritissimus, cum in hunc locum incidisset, tres opiniones adserit, quæ oī visionem hanc Stephanidiuersificatus exponunt. Sunt enim aliqui, qui hanc gloriam non nisi de visione mentali intelligunt, atq; ita Stephanum non modo Dei gloriam, sed ipsam quoq; diuinitatem vidisse, vt & Paulus, cum ad tertium cœlum euectus est. Atque huius opinio fuit Gregorius Nyssenus oratione de S. Stephano, Augustinus sermon. 99. de diversis: qui ait ipsum nescire Deum, quin & SS. Trinitatem à Stephano visionem. Alij hic visionem quandam imaginariam capiunt: docent enim Deum in Stephanis imaginativa species qualiter proprias, ciusque essentiam representare valent.

Ezech. 1.

Apoc. 4.

valentes efformasse, vt in multis Prophetis fecisse comprobatur: atque hos sequitur multa vir scriptoris lectionisque Testatus. Sunt deinde & alii, qui hic visionem tantum corporam intelligi putant, qua Martyr hic Iesum & hominem tantum vidit; non quod oculi virtutem aliquam haberint, qua Iesum Christum in celo empyreo constitutum viderint, visus sui viuacitate omnes celos penetrantem: sed exteriorem quandam effigiem aut imaginem Christi oculis eius oblatam, huius in eo visionis causam fuisse, eo propemodum modo, quo Angeli a facultibus sensibilibus vide perhibentur: vt haec ramen effigies ipsa diuinitas, non nisi per ramen quandam representationem fuerit.

Placet haec sententia doctissimo Caietano, eamque & alij celeberrimi Doctores amplectuntur, vt gloriam Dei vidisse, non sit purè & simpliciter Deum vidisse, quia vulgarem illam Scripturæ sententiam sequendo, *Deum nemo vidit unquam*: sed solum claritatem quandam corpoream, vel splendorem exteriorem, Dei simul presentiam in cludentem, quam Stephanus per lumen hoc agnoscebat, diuinitatis presentiam ex representatione speciei colligens. Respondet per omnia opinio[n]i huic Sacra Scriptura, que sibi loco gloriae Dei accipit aliquid, quod praestantius & eminentius sit, imo vero, vt ingentem aliquem splendorem exprimat, gloriam eum Dei interdum appellare consuevit. Atque imprimis, vt id manifestū faciam, tertio Regum

legitur templum perfectum à gloria Dei impletum esse, item in Exodo de tabernaculo Mosis, & in Evangelio de splendore illo eximio, qui pastorem oculis in Iudea montibus pestrinxit. Confirmat hoc testimonio suo *Lib. 3. ca. 5.* Hietonymus, atque, *Significat & aliud in ep. ad Gal.* Scripturis diuinis gloria, cum augustinus aliquid atq. diuinius se præbet obturibus. Concludamus igitur per oēs illas visiones, quibus diuinitas aut Dei gloria visa declaratur, & hanc, quam & Stephanum vidisse dicimus, non designari aliud, quam ingentem quandam splendorem in medio aeris apparentem, qui se oculis illius offerret, qui Deum haud procul abesse significaret. Itaque haec, *Video celos apertos, & Iesum stantem à dextris virtutis Dei*, intelligi debet: quod facite, interea ipse ad ultimam

orationis partem descendam.

Generofus ille & infractus Martyr, cū spiritum iam extreum duceret, contusus & Stephanus collisus, totoque corpore laceratus, manus in pro inimicorum s[ecundu]m s[ecundu]m stultus, proque inimicis & tortoribus, tis suis ora deprecari coepit: *Domine Iesu, suscipe spiritum meum, & ne statuas illis hoc peccatum.* Duo à Domino petiti, suam & inimicorum salutem, tamque haec quam illa cara ei existit. O charitas admirabilis, & incredibilis! de inimicorum ecce salute solitus est, & propriam negligit. Didicerat id à summo illo doctore, qui idipsum in cruce mortiens, à Patre postulauit, *Pater, ignosc illis, quia ne scirent quid faciunt.* *Luc. 23.* peccatum illorum, fateor, ingens est, sed maior eorum ignorantia est, quam malitia, putant quippe se latronem, superbum, vinorum, Pseudoprophetam cruci affigere, sed Messiam suum Filium Dei, mundi Redemptorem occidunt.

O igitur detestanda inimicitia! ô abomi[nanda] vindicta! ô pestilens ac pernicioſa inimicorum memoria! anne adhuc dominabimini? & vindictas. adhuc in vsu eritis? Iesus Christus pro inimicis *Matth. 5.* deprecatus est, Stephanus iniuriarum obliuiscitur, & tantane alicuius erit audacia & impudenter, qui earum recordetur; Filius Dei & Protomartyr, ac Martyrum Princeps pro inimicis carnificibus supplicavit & homines eodem oderint, & vindictam de ijs sumere desiderent? An non in praxim reducetur sententia illa Euangelica, *Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros?* *Luc. 6.* *Gen. 49.*

O furores brutales, ô cholerae tartareae, ô odia celo exosa, & diabolo parogenita! Hinc Iacob Patriarcha cū in mortis articulo veraretur, omnesque filios astantes benedictionem paternam praestolantes videret, Simeon & Levi acriter castigauit, dicens: *Simeon & Levi, fratres vasa iniquitatis bellantia, in consilium eorum non veniat anima mea, & in cœtu illorum non sit gloria mea, maledictus furor eorum, quia pertinax, & indignatio eorum, quia dura.* Erant quippe hi pleni iracundia & cholera, iniuriarumque illatarum obliuisci haudquaquam poterant: fuerant hi nimirum, qui Principem Sichimitarum vindice manu interfecerant, vibem diripiuerant, muris denudauerant, incolas ferro deluerant, quod in fororem eorum Dinam iniurij existuerant.

Quam,

IN FESTO S. STEPHANI PROTOMART.

26

Quamobrem pius ille senex, cūm in morte horum reminisceretur, indignans maledixit illis, *maledictus furor eorum, quia pertinax,* &c. O igitur maledictus furor! o pertinacia detestanda! o iram nimis obduratam! Nolebat scilicet Patriarcha ille, filij ut vindictam meditareceperit, deinceps iniuriarum vltiore cogitarent.

Ipse quoque Pater cœlestis nihil tantoper à suis postular, quam ut amicitias colant, concordiam inter se seruent, pacem & charitatem mutuam, iniuriarumq; obliuionem amplectantur. Hinc factum putò, quòd olim acetabula sibi argentea à Principibus tribuum in dedicatione tabernaculi offerri voluerit. Designabat sc. hæc figura, tunc cum Deo animam, tabernaculum illud præstantissimum dedicamus, cordis nostri acetabulum eidem offerri debebere, vasculum illud amaritudine, cholera, felle, bile, vlcisendi desiderio plenum. o triste & acre acetum, quam amarum absynthium! Auditore, vt hanc à nobis oblationem Deus desideret,

Ier. 7.

Prouer. 23.

Rom. 12.

Num. 6.

Matth. 27.

Marc. 15.

Luc. 23.

Zoan. 19.

Ipse quoque Pater cœlestis nihil tantoper à suis postular, quam ut amicitias colant, concordiam inter se seruent, pacem & charitatem mutuam, iniuriarumq; obliuionem amplectantur. Hinc factum putò, quòd olim acetabula sibi argentea à Principibus tribuum in dedicatione tabernaculi offerri voluerit. Designabat sc. hæc figura, tunc cum Deo animam, tabernaculum illud præstantissimum dedicamus, cordis nostri acetabulum eidem offerri debebere, vasculum illud amaritudine, cholera, felle, bile, vlcisendi desiderio plenum. o triste & acre acetum, quam amarum absynthium! Auditore, vt hanc à nobis oblationem Deus desideret, fili, præbe mihi cor tuum: vt porrò demonstraret, acetabuli instar illud est, ait, mihi vindictam. Et ego retraham, id est, offer mihi corratum, da mihi acetabulum hoc, vindictas illas, iras, indignationes, iniuriarum vltiones, in me transfer furores illos particulares.

Inter ceteras quas olim leges Deus stabilituit, erat & illa, *Vir sine mulier cum ficerint votum, ut sanctificentur, & se voluerint Domino consecrare, à vino & omni, quod inebriare posset, abstinebunt, acetum ex vino, & ex qualibet alia potione, & quidquid de vita exprimitur, non bibent.* non tam acetum, quod in vī hominum est, lex hæc respicit, quam acetum illud spirituale, id est, cholera, & iram, veram cordis acridinem, qua ebriatur, turbatur, & cuius famolis vaporibus & acrimonia rationis vīs offuscatur. Designat igitur lex hæc, omnes, qui se cultui diuino mancipant, à fumo illo vīo, quod caput opplet vaporibus, & cor vindictæ cupiditatæ, animasque inebriat, sibi cauere, & ab aceto illo tertiimo diligenter abstinere debere.

Cur putatis redemptorem nostrum Christum in cruce pendentem, cūm in mortis periculo, & vitæ termino constitutus esset, accutum sibi offerri voluisse, cūm præ suppliciorum acerbitate exhaustus plena voce inclamasset, *Sed* *Bess. de Sandie,*

tio? Indicare voluit, se salutis nostræ siti laborantem, & propemodum mortuum in que alterum mundum abeuntem, fel & acetum, id est, lites & rixas, vindictæ cupiditatem, vltiosque sitim, furores & iras, quæ in mundo erant, absumere, ac secum deferre voluisse. Quæ amara spongeæ, acetoque plena sunt, animæ ita furore saturata & perpotata, cia agite, Iesu Christo easdem offerte, delectatur id ipsum bibendo, laborat adhuc siti, refici vult, audite quæso, vt exclamet, *satio.*

Sponsus ille in Canticis sponsæ suæ venustatē ac pulchritudinem demiratus, inter cætera ait, oculos illius esse ad instar columbarū.

Cant. 4.

Columba animal mundissimum est, quòd felle & cholera careat: ita anima, quæ per sponsam hanc designatur, felle & vndictæ appetitu carens, castitatem diligens, meritò laudari, & à Deo diligi ac foueri debet, atque huiusmodi cùm fuerit B. Stephanus, idque singulari Dei priuilegio, meritò cœlos apertos videt. Vnde manifestè colligi potest, patere cœlum ijs, qui pro inimicis Deum deprecantur, iniuriasque admissas in se facilè remittunt. Audite namq; vt clamet, *Ne statuas illa hoc peccatum.*

Romanæ eloquentie parens ac Princeps Tullius cūm Q. Ligurium, quòd à Pompeiis partibus stetisset, in senatu coram Iulio Cæsare dictatore defenderet, his apud eum verbis adulando vīsus est, *Nihil obliuisci soles, nisi iniurias.* id est, ipsa te trophyæ & de hostibus partæ victoriae admirabilē ac celebrem reddunt, vīum quòd inimicis ignoscas, iniuriarum obliuiscaris, cū omnibus in gratiam redeas, longè te admirabilem ac prope Deum constituis. Quanto potiori iure de Christianorū Cæsare, de Martyrum Principe Stephano eadem vīurpem, *nihil obliuisci soles Stephane, nisi iniurias:* inimicis ignorcis, pro perfidetibus Deo supplicas, vitam ijs postulas, qui mortem tibi inferre satagit. O charitatem penitus admirabilem!

Immortali pæconio Aristide celebrat Gre. Aristidis imcia, hic namq; cum ab ingrata patria in exiliū patriæ amor, actus, & iam yrbe egressus esset, genibus in terram prostratis, oculisq; ad cœlum erectis deos orauit, ne iniuriam hanc ipse innocuum, admissum digna castigatione punirent, aut quid grauius in patriam statuerent. Noli in tuorum laudibus enarrandis insanire o Grecia Stephanus namq; noster amplius quid hodie pæstat:

D

clara

cum enim non modò ad exilium, veùm ad mortem crudelissimam condemnatus esset, iā in extremo viæ constitutus, in genua proculuit, oculos & cor ad Deum sustulit, ei suppli cat, inimicis vt ignoscat, iniuriarumque admissarum memoriam deponat. Orat enim, *Nescius illis hoc peccatum.*

Eia agere, Christiani, vt tandem aliquando optatum portum ingrediamur. Hæc omnia in vestram utilitatem conuertite, disce obsecro è morte & martyrio protomartyris huius, qua ad beatitudinem perueniat via, alij per crucem, per gladiū alij, hic per faxa eodem pertigit. Vera igitur Apostolorū sententia est. *Permutas tribulationes oportet intrare in regnum cœlorum.* Discite, inquam, à generoso illo pugile, à strenuo illo athleta, charitate & clementia pleno, inimicos vestros diligere, ignoscere, qui vos ad iracundiam provocant, iniuriarum memoriam deponere, lites & rixas evitare, vindictamque non sinit. Hac namque ratione datur cœlos videre ap. eos, & ad beatitudinem pertingitur.

Tu verò & gloriose & coronate Stephane, Martyrum Patriarcha, Ecclesie primogenite, prime fidei nostræ testis, fidelium honor, gratiam nobis imperra, tuo vt exemplo & imitatione ad fortiter agendum & patiendum incitemur, & ad virtutum tuarum prototypum vicem nostram componamus, tu inquam generose Christi athleta, sacri Martis pulle, fidelium Hercules, Herorum illorum sanctorum gloria, infraet, immobilis, intuicibilis, qui in fortitudinis signum, palmā, strenuitatis, victoriæq; symbolum (quò enim illa plus opprimitur, & sublimius erigitur) manus & coronam capite gestas, quod & nomine tuo p. æfests. in signum sc. imperij, dominij, ac reg. & potestatis, in signum inquam, scilicet Martyrum omnium caput ac regem. Tu itaq; Deo dilecte, præ certis Sanctis priuilegijs donate, cō quid cœlos apertos videris, quod nulli inquam sanctoru datum est, succurre, auxiliare nobis, nostrumq; patrocinium suscipe. Precibus tuis impeta, vt quemadmodum ludorum ferocientium saxa constantia tua superasti, nos quoq; per persecutionē mundi huius saxa cum victoria transcamus: & vt ipse & vitam & sanguinem amisiisti, ita nos, quamvis viriumq; commode prestat, nequacamus, carnis saltē appetitus fan-

guinem, concupiscentiæq; robur amittamus. Deniq; quemadmodum inimicis iniuriā remisiisti, proque ijs Domino supplicasti, qui te ad supplicium trahebā, ita nos ameinus, quin odio persequuntur, ben faciamus maleficentibus, omnesq; iniurias, tua potissimum imitatiōne, obliuionis tumulo condamus: vt post crudele viæ huius martyrium, cœlos quoq; ad tui exemplum apertos videre, & tecum cœlesti beatitudine perfici mereamur: cuius nos participes efficiat, qui viuit & regnat cum Dco Patre & Spiritu S. Redemptor noster Christus, Amen.

IN FESTO S. IOANNIS EVANGELISTÆ.

Partitio.

- I. *Degratitudine.*
- II. *De nonnullis S. Ioannis prærogatiis.*
- III. *De nomine dilecti & accubitu supra predictus Domini.*
- IV. *De tutela Matris Iesu S. Ioanni credita.*
- V. *De quaistro: Quid autem hic?*
- VI. *De S. Ioannis permanentia.*

Hic est discipulus, quem diligebat Iesus. *Ioan. 21.*

F I G V R A.

Acob, Patriarcharum veterum decus & ornatum inter duodecim quos habebat filios, Ioseph minimum natu potissimum diligebat, maioriq; quā ceteros amore & affectu prosequatur. Ita Christus minimum natu Ioā nem inter duodecim Apóstolos maximè dilexit & fouit. Ille nimurum carissimus illius discipulus, Christi delitiae, amor Vtibi incarnati, ac Melli gaudium ac solamē erat, amicitiam hanc & singularis huius amoris nexum, immo prærogatiwas illius ac priuilegia mox expōnā, si Pacumatis sanctissimi opem & auxilium, glorioſa & que Deipara patrocinium postulaueimus. Atque idē lupp̄ ices Angelicam illi salutationem impertiamus, vñanimiter dicentes:

A Y E M A R I A.

Fuit